Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



Ego te clarificaui super terram: opus consummauí quod
dedisti michi ut faciam Et nunc clarifica me tu pa
apud te metipsum: claritate qam habui priusq̃ mundus
esset apud te Manifestauí nomen tuum hominib̃
quos dedisti michi de mundo Tui erant et michi eos
dedisti: et sermonem tuum seruauerunt Nunc cognouerunt
quia omnia quecumque dedisti michi abs te sunt quia
verba que dedisti michi dedi eis et ipsi acceperunt
et cognouerunt vere quia a te exiui et crediderunt
quia tu me misisti Ego pro eis rogo: non pro mundo
rogo: sed pro his quos dedisti michi quia tui sunt
Et omnia mea tua sunt: et tua mea: et clarificatus
sum in eis Et iam non sum in mundo: et hi in mundo
sunt: et ego ad te uenio Credo in unum deum non dicitur Offertorium
Viri galilei quid admiramini aspicientes in celum hic iesus
qui assumptus est a uobis in celum sic ueniet quemadmodum
uidistis eum ascendentem in celum alleluia Secreta Sacrificium tibi
domine supplices pro filii tui ueneranda ascensione deferimus
prestita quesumus: ut nos per eum his conuersantes
sacro sanctis ad celestia suspiramus Per eundem dominum
Postcommunio quotidiana Communio Pater cum essem cum
eis ego seruabam eos quos dedisti michi alleluia nunc autem ad
te uenio non rogo ut tollas eos de mundo sed ut serues eos ama
lo alleluia alleluia Complenda Tribue quesumus domine: ut per hec sanc
ta que sumpsimus: illuc tendat
nostre devocionis affectus: quo tecum
est nostra substancia Per eundem dominum
Viri galilei quid ad In die sancto Introitus
admiramini aspicientes in celum alleluia quemadmo
dum uidistis eum ascendentem in celum ita ueniet
alleluia alleluia alleluia Ps. Omnes gentes plaudite